UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dreyfache Glory Deß heiligen Vatters Jgnatii/ Der Societät Jesu Stiffters

Pottu, Nicolao

Mayntz, 1710

VD18 13562258

Approbatio & Facultas Censoris Moguntini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42891

Visual Library

Approbatio & Facultas Cenſoris Moguntini.

NOdum in Scirpo citiùs quis invenerit, quàm dignum quid liturâ deprehendat in hoc ſcripto. Verè tamen, & bonâ puto cum venia dicere poſſe videor, Authorem Operis Adm. Rev. & Eximium Patrem Patrem NICOLAUM POTTU, Societatis Jesu Sacerdotem, & Collegii Moguntini p. t. Rectorem, non omnino nihil peccaſſe, dum Glorioſiſſimum Fundatorem S. Ignatium Triplici tantum Gloria refulgentem introduxit: nam & quartam, eamque Sancto Patri multò jucundiſſimam gloriam, veri omnes Societatis filii & hactenus ſemper addiderunt & addere identidem pergunt. *Si enim* (cum Sancto Maximo loquor) *Gloria Patris eſt Filius ſapiens, quantæ Hujus* (Sancti Ignatii) *ſunt gloriæ, qui tantorum filiorum ſapientiâ & devotione lætatur?* Nunquid ecce quarta hic & verè magna gloria? Sed hanc ut vel leviter Author attingeret, ejus modeſtia non permiſit, uti nec quintam aliam, ab iis acc eſſuram, qui, quamqnam hactenus à Cœlo

multum deviarint, per Spiritualia tamen Sancti Ignatii exercitia, quorum hìc uſus exquiſitiſſimè traditur, in viam magno numero redibunt, & bene purgati atque illuminati, DEO ſuo intimiùs unientur. Interim ego non vanè, puto, mihi placeo, qui in negotio tam ſancto meam aliquam opellam conferre, & Typographo commendare poſſim digniſſimas Chartas, ad Majorem DEI, & Sancti Ignatii gloriam multo cum fructu divulgandas. Moguntiæ 21. Septemb. 1710.

J. Gregorius Kirſch, S. Th. Lic.
Eminentiſſimi Electoris Moguntini Conſiliarius Eccleſiaſticus, Canonicus Capitul. in Moxſtatt, Librorum Cenſor.

Facul-